

# μετάνοια

In der Nähe des im Sommer letzten Jahres in Rom gefundenen Grenzsteins, der aus dem Jahr 49 n. Chr. stammt und aufgrund seiner bisher unbekannten Buchstaben großes Aufsehen erregte, wurde nun ein weiterer Stein gefunden, dessen Text zwar entziffert werden konnte, aber nicht weniger Aufsehen erregte...

Siste et lege, Romane, cui fortuna maximum donum dedit: Romae vivere, ubi puer conditor,  
homines dei, mortui exempla, praeterita aeterna facta sunt.

Tu regere imperio populos, Romane, memento pacique imponere morem, parcere subiectis et  
debellare superbos.

In urbe decreta fines augent, hominibus pacem donant, mundum mutant.

Poetae versus de urbe componentes, homines variae aetatis et contrariae mentis eodem amore urbis  
iuncti et iam saxa de illustribus incolis narrantia una voce testantur: Roma urbs, regina, dea.

Roma caput est, est cor regionis.

Consentio, sed audiatur et altera pars!

Aspice prae te, homines esse memento.

De urbe despiciens vias vestras, non vitas nostras cernis.

Sine via nullum finem et pedes te ferre, Romane, non caput, memento.

Ut cor solum vivere non potest, sed venis alitur ita aqueductus nostri corpora vestra curant.

Nos domique militaeque vos adiutantes hostes primi, sed nova ultimi sentimus.

Labor noster laus vestra; negotium nostrum otium vestrum.

Quidquid boni fiat, regens, non regio laudatur. Regio magna, urbs parva, sed urbs magna, regio parva.

Indulge meis querentibus, sed nobis benevolentibus verbis, quae huic termino mandavi.

Ut faber lapidem non delendi, sed sculpendi causa caedit, ita ego verba mea non irritandi, sed cogitandi  
causa dico.

Hic terminus non solum divites a pauperibus, urbanos ab agricolis, vivos ab mortuis dividat, sed etiam  
iungat, nam vis cogitare omnes homines ex isdem seminibus ortum, eodem frui caelo, aeque spirare,  
aeque vivere, aeque mori!

Utinam hic lapis non solum terminus, non solum meta, sed etiam μετάνοια sit.

Civis es! Qui vis esse?